

Sancti Damiani. et omnium sanctorum. quorum sollem
nitas hodie in conspectu tue maiestatis. re
veratur. domine deus noster tota in diem terrarum
et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
et orationibus. ut in omnibus protectionibus tuis rem
aneamus auxilio. **P**er eundem christum dominum nostrum.
Ante igitur oblationem servitutis nostrae.
et civitate familie tue. **Q**uesumus domine. ut pla
cens accipias. dies quoque nostrorum in tua pace di
cas. atque ab eterna damnatione nos tri
lectorum tuorum iubeas grege numerari. **P**
per dominum nostrum. **Q**uia oblationem tuam iuris
omnibus que. benedicta. **A**ssumpta. **A**
rationabile. acceptabile opus face
meris. ut nobis. corpus. **E**t sanguis. **A**
delectissimum filii tui domini nostri ihesu christi

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Bd.



80.

JAN 8 1819
S. ANG.
RUM.



PRORECTOR ACADEMIAE IULIAE,

HENRICVS IVLIVS STRVBIVS, S. S. RUM.

Theolog. Doctor & Prof. ordinarius, Ecclesiae
Pastor & Superintendens Generalis.

Studiosae iuventuti S. D.



Nter plurima, quibus Romanensium scripta
scatent, βδελύγματα invocatio Angelorum lo-
cum haud ultimum tenet. Nam *in officio B. Vir-
ginis Rosbachij excuso, in exercitio quotidiano p. 322.*
sic quisq; Angelum suum invocat: Angele Dei,
qui custos es mei, me tibi commissum pietate
supernâ hodie illumina, custodi rege & gubernâ. *Vid. Bellarm.*
lib. de sanctorum beatitudine, cap. 13. & 19. Verùm Iobannes Ange-
lum adoraturus hoc responsi accepit: Videne facias, conser-
vus tuus sum & fratrum tuorum, omniumq; testimonium Ie-
su habentium: Deum adora. *Apoc. 19. v. 20. Idem Apoc. 22. v. 9.* A-
postolo recidivam patiente repetitur. Vnde *Augustinus l. de ve-
râ religione, cap. 15:* Rectè scribitur, hominem ab Angelo pro-
hibitum, ne se adoret: sed unum Deum, sub quo esset & ille
conservus. Licet verò religiosa Angelorum invocatio meritò
damnetur: tamen â vero pietatis tramite nemo aberraverit,
qui festum hoc δογματικόν, εὐχαριστικόν καὶ μνημόνευτικόν dixerit, ut,
quænam illa sint λειτουργικὰ πνεύματα, assiduâ cogitatione repe-
tamus, Deo pro præstitâ Angelorum λειτουργία gratias agamus,
& nobilitatis felicitatisq; nostræ recordemur. *Esse Angelos bonos,*
apud nos extra controversiam positum. Quamvis enim non
videamus adparitionem Angelorum; abscondita enim est ab
oculis nostris, & est in quadam Rep. magni Imperatoris Dei:
tamen Angelos esse novimus ex fide, & multis adparuisse scri-
ptum legimus & tenemus, nec inde dubitare fas nobis est, di-
cen.



cente Augustino in enarrat. Psal. 103. Sunt verò Angeli boni Spiritus intelligentes & potentes, à Deo omnium creatore boni, iustitiae sancti conditi, hoc fine, ut ab ipsis glorificaretur, ac Deus eorum ministerio uteretur: quidam verò ex illis liberâ voluntate primævam suam originem relinquentes concreatâ illâ bonitate, iustitiâ & sanctitate propriâ culpâ spoliati, facti sunt hostes Dei & humani generis, æterno igne cruciandi, reliquis, qui in veritate perstiterunt, in bono confirmatis, & nunquam auferendâ æternæ felicitatis coronâ à Deo donatis. Angelos à Deo creatos esse, ex Ps. 103. v. 4. Col. 1. v. 16. Heb. 1. v. ult. Ap. 4. v. 11. c. 10. v. 6. patet. Nullâ autem necessitate coactus, nullâ suæ utilitatis indigentiam permotus: sed solâ bonitate ac liberrimâ voluntate Deus Angelos creavit. Non indiget, inquit Theodororus quest. 3. in Gen. Dominus laudatoribus, quippe qui naturâ nullo indiget: sed solâ bonitate ductus Angelis, Archangelis & universæ creaturæ largitus est, ut essent. Conf. Augustin. l. 11. de Civit. Dei, cap. 24. Angelos esse Spiritus scriptura testatur, Hebr. 1. v. ult. Carnem itaq; & ossa non habent, Luc. 24. v. 39. Eph. 6. v. 12. Quod verò corpus non rarò adsumserunt, nat' oinovopitca factum. Neq; corpora, in quibus adparuerunt, inania fuere φαντάσματα, neq; hypostaticè & naturaliter ipsis unita: sed libera voluntate ministerij ergò ad tempus adsumpta: suâ enim naturâ sunt spiritus à corpore non dependentes, unde adsumti illius corporis non fuerunt formæ informantes, sed adstantes, ut loquitur Thomas p. 1. q. 50. a. 1. & 2. Plura apud Tertullianum l. 3. adv. Marcion. & in l. de carne Christi adv. Apellem, & Scaligerum exercit. 359. sect. 13. de adsumtis Angelorum corporibus legantur. Cum verò Angeli sint entia alia à primo ente, finita esse necessum est: & cum sint finiti spiritus, in aliquo certo VBI sint necesse est; cum sint incorporei, loco etiam non circumscribuntur: cum sint Spiritus, ideo obice corporeo accessus eorū impediri nequit, proinde summâ celeritate, ubi volunt, esse pos-

possunt, unde vento & igni flammanti comparantur, *Psal. 104. v. 4.* Quæ de distinctis hierarchijs & ordinibus Angelorum à Lombardo *4. sent. d. 9. c. 1.* & aliis disputantur, ad ea ex *Augustino ad Oros. contra Priscill. c. 11. Tom. 6.* respondemus: Esse sedes sive dominationes, sive principatus & potestates in cælestibus adparatibus, firmissimè credo (*Col. 1. v. 16.*) & differre aliquid indubitata fide teneo: sed quænam ista sint, & quid inter se differant, nescio. Videatur idem in *Enchiridio ad Laur. c. 58.* Angeli boni ita confirmati sunt in bono, ut jam labi non possint. Unde dicuntur electi Dei Angeli, *1. Tim. 5. v. 21.* semper videntes faciem patris cælestis, *Math. 18. v. 10.* Angeli sancti, *Marc. 8. v. 38.* Angeli lucis *2. Cor. 11. v. 14.* & electi aliquando *ισάγγελοι* sunt futuri, *Luc. 20. v. 36.* Hæc tamen in bono confirmatio arbitrij libertatem in illis nec imminuit nec sustulit; quin potius perfectiorem reddidit, cum liberior sit voluntas, quæ à bono discedere aut decidere nequit, ut differit *Augustinus in Enchir. c. 105.* Queritur etiam: an unius hominis unus tantum, an verò plures sint Angeli custodes? Pro uno militantes adducunt locum *Math. 18. v. 10. Act. 12. v. 16.* Sed quia Angeli dicuntur animam Lazari in sinu Abrahæ deportasse, *Luc. 16:* quia coram Angelis dicitur esse gaudium de peccatoris penitentiâ, *Luc. 15.* quia Iacobo adparent *מחננים* *Gen. 32.* ideo hominis custodia non ita uni Angelo adsignanda, ut reliquorum *διανοία* excludatur. De numero Angelorum scriptura testatur, *Dan. 7. v. 11. Gen. 32. v. 2. Matth. 26. v. 53. Hebr. 12. v. 22.* Licet verò omnes Angeli boni, iusti, sancti sint conditi; tamen quidam ex illis *τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν*, hoc est, originalem suam conditionem non servârunt, in *Ep. Iud. v. 6.* in veritate non perstiterunt, *Iob. 8. v. 44:* sed *ἴδιον οἰκητήριον* relinquentes, *Ep. Iud. v. 9.* ex iustitiâ in homicidium, *Iob. 8. v. 44.* ex veritate in mendacium, ex sanctitate in immunditiem, unde Spiritus immundi dicuntur, *Luc. 11. v. 24.* & ex libertate in catenas ceciderunt, *2. Petr. 2. v. 4.* Primum Diaboli peccatum *superbiam* fuisse nonnulli

statuunt. Vbi notandum, superbiam dupliciter accipi; par-
 tim pro contemptu obedientiæ, & sic omni peccato inest: par-
 tim pro amore ac adpetitu propriæ excellentiæ, & sic Ange-
 lis lapsis non malè applicatur; quò spectant & illa, quæ *Thomas*
p. 1, q. 63. a. 3. disputat. Lapsi verò sunt Angeli sine spe reparatio-
 nis, *2. Petr. 2. v. 4. Ep. Iud. v. 6.* cuius rationem reddit *Augusti-*
nus in Enchir. c. 29. & tract. 110. in Iohan. Scholastici has diversita-
 tis rationes adferunt: homo peccavit alio, Diabolus nemine
 instigante; homo occasionaliter & malitiâ alienâ, Diabolus
 propriâ: homo naturæ inferioris est, Diabolus superioris. Nos
 potius immensam Dei *φιλανθρωπίαν* agnoscamus, quâ λόγος
 propter nos & nostram salutem de cælo descendit, & homo
 factus est, *Iob. 1.* non Angelorum, sed Abrahæ semine adsum-
 to, *Hebr. 2, v. 16.* Et ridicula sanè *Enjedini p. 350. expl. locorum V. &*
N. T. opinio est, regenerationem seu reformationem per san-
 guinem crucis Christi factam ad malos etiam Angelos perti-
 nere, quæ hæresis à Patribus pridem explosa est, ut *Augustino l.*
21. de Civ. Dei, c. 17. & 23. Gregorio l. 9. moral. c. 45. 46. Bernhardo
serm. 69. sup. Cant. fol. 774. Et scriptura testatur, Christum nihil
 Angelis, sed nobis omnia promeruisse, *Luc. 2. v. 10. 11. Es. 9.*

Sed de bonorum Angelorum officio cum primis hîc differen-
 dum. *Theodoretus in Epit. divin. dogm. c. 9.* duo eorum officia
 statuit, superius & inferius. illud τὸ ὑμνεῖν, apud Deum: hoc τὸ
 διακονεῖν apud homines. *Λειτουργία*, inquit, τῶν ἀγγέλων ἢ ὑμνωδία:
 ἔ μόνον δὲ ὑμνεῖσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς θείας οἰκονομίας διακονέσι. Sive: Inser-
 viunt Deo & hominibus; Deo, illum laudando, *Es. 6. Luc. 2. Heb.*
1. v. 6. eiq; ministrando, *Psal. 103. Dan. 7. 10. Hominibus,* contra Sa-
 tanam pugnando, *Dan. 12. Tob. 8. Apoc. 12.* Dei voluntatem ipsis
 nunciando, *Dan. 9. Matth. 1. Luc. 1. & 2.* Vident enim faciem Pa-
 tris, *Matth. 18. v. 10.* & in ea, quæ prædicantur, ὁρακύψαι gesti-
 unt, *1. Petr. 1. v. 12. Eph. 3. v. 10.* à malis culpæ prohibendo, *Gen. 16.*
19. Num. 22. à malis pænæ custodiendo, *Psal. 34. 91.* peccata vindi-
 cando,

cando; *Gen. 3. 2 Sam. 24. Es. 37.* animas piorum in sinum Abrahæ deportando. *Luc. 16.* Hinc λειτουργικά dicuntur πνεύματα, emissa in ministerium fidelium, *Hebr. 1. v. ult.* Qui penitius hæc memoriæ infixæ cupit, triplicem consideret statum. *In Ecclesiastico* verbi puritatem promovent, *Gal. 3. v. 19. Act. 1, 10. Luc. 1, 30.* *In politico* gubernatorum sunt ὑπερσπουδαί, *Dan. 10. Es. 37. 2. Reg. 6, 17.* *In æconomico* rem familiarem tuentur, hominum conjugio, cum primis infantibus, delectantur, *Gen. 22. 24. Iudic. 13. Matt. 18.* Quin & singulis pijs adsunt, eos ex varijs periculis eripientes, *Pf. 91.* Quæ verba explicans *Bernhardus serm. 12. super verba Psalmi 91.* Angelis suis mandavit de te &c. Magna, inquit, dilectio caritatis, quis, quibus, de quo & quid mandavit? siquidem Deus mandavit, & Angelis suis mandavit, de te homine mandavit, & ut custodiant te in omnibus vijs, mandavit. Domine, quid est homo, quod innotuisti ei, aut filius hominis, quod reputas eum? Mittis ei unigenitum tuum, immittis Spiritum S. & ne quid vacet in cælestibus ab opere sollicitudinis, illos etiam beatos Spiritus propter nos mittis in ministerium nostrum. Pater mittit Filium ad redemptionem, Spiritum S. ad consolationem, Angelos ad protectionem. Hæc ille.

Quod si πανολεθρίαν πλεονεξία ac Φιλοτιμία plurimorum in-
vedtam contemplemur, (Tiresia enim cæcior sit, qui non vide-
at) & cum primis *incluta huius Academia* protectionem accura-
tè meditemur, Angelicæ λειτουργίας μνημόσυνον & quasi ἀγαλμάτιον
senobis offeret luculentissimum. Cogitate, quam furiosa
plurimis in locis Bellona dominetur, quot rapinæ factæ, quot
incendia excitata. O miseros Christianos, qui bellis istis an-
tiquis sedibus, sedium fortunis, fortunarum heredibus, here-
dum tutore Magistratu & cum hoc libero puræ religionis
exercitio spoliati sunt, à quibus malis per Dei gratiam & An-
gelorum custodiam nos hæctenus immunes tutiq; permansi-
mus. Cogitate, quot reperiantur, quos inter & Academi-
COS

cos maius est odium, quàm inter aquilam & draconem, cor-
nicem & noctuam, gallum & leonem. aprum & elephantum,
ægithalos & achantilides, quibus à naturâ tantum intercedit
dissidium, ut nec post mortem sanguis eorum commisceri
queat. Sed quid illi aliud, quàm Ecclesiæ fulcrum, Reip.
stabilimentum, omnisq; boni ac humanitatis conservatricem
capsulam ausu planè Giganteo spernunt, premunt ac subla-
tam cupiunt? Sed Deus tandem videbit ac requiret, istosq; hu-
manitatis osores, quibus barbaries nardum olet & amaracum,
per Angelorum in Academijs delitiantium *λευτεργίαν* vindi-
cando Academiam hanc Iuliam conservabit, ut in toto cor-
pore Academico fraterna vigeat concordia, in cathedris au-
diatur vox multa, & sic cœlum plantetur ac terra fundetur.
Quantum vero hoc beneficium est, quod conflagrationes ha-
tenus ab hoc oppido clementissimè sunt averſæ. Nota est
quorundam bombardas noctu etiam displodentium proter-
via & barbaries, in præsentissimum discrimen (repeto verba
intimationis non ita pridem adfixæ) non modò singulorum
salutem, sed eorum omnium, qui oppidum hoc incolunt, ad-
ducens. Nonnulli prælucentibus funalibus, quò visū est, eunt,
redeunt, & cum primis incarnati quidam Diaboli, nequissimi
bipedum pueri pro libitu sic ijs utuntur, ut in perniciem huius
oppidi eos jurasse meritò dixeris. In aprico positum est, quan-
ta foeni, straminum, lini stuppæq; aridæ copia sit coacta, quanta
apud nos aquæ & instrumentorum ad restinguenda incendia
idoneorum sit inopia, quanta omnium fermè securitas. Quis
non exclamet cum Propheta: *Misericordia Domini, quod non con-*
sumti sumus? Porro quis nocturnas grassationes, heluationes, &
debacchationes prorsus cyclopicas ignorat? Noctis filiã inter
cæteras rabiem esse, dixit *Euripides*: *Hesiodus* duas alias addit so-
rores, rixam & invidiam: Noctē, consopitis omnibus, domos
fures perfodiunt ac diripiunt, nocte pleno lupo insidiatus o-
vil

vili sævit in absentes agnos: nocte, apud *Oppianum*, *νοκτιπύρι*,
Lycænæ, seu, ut apud Prophetam est, lupi vespertini graf-
santur, nocte circuit leo rugiens, quærens quem devoret, *1. Pet.*
5. Profecto nisi Dominus exercituum *Διῶπιδ* sive *λειτεργικὰ*
πνεύματα vobis procurasset, singulis noctibus immò & diebus ri-
xæ, digladiationes & homicidia contingerent. Stupidum igitur
caput sit necessum est, quod divinam *μακροθυμίας* & Ange-
licam custodiam non agnoscat ac deprædicet.

Hæc, quaeso, studiosi ornatissimi, mentibus imis reponen-
tes poenitentiaæ studium urgete: quia gaudium est in cælo &
coram Angelis de peccatore pænitentiam agente, *Luc. 15. v. 7. 10.*
scandala cavete, in timore Dei vivite, & seriis precibus Ange-
lorum custodiam efflagitate. Illis enim inservire gaudent An-
geli, quos olim in vitâ æternâ habituri sunt socios, *Hebr. 1. v. 14.*
Familiarissima vobis sit ista precandi formula: *Tuus Sanctus An-
gelus sit nobiscum, ne Diabolus ullum in nos ius reperiat, 2. Maccab. 11.*
v. 6. c. 15. v. 23. 24. Conf. Tob. 5. v. 21. Cogitate illud Basilij, in Psa. 33.
Tom, 1. p. 258: ὡ τὰς μελιώσας καπνὸς φυγαδεύει, καὶ τὰς πρῆξιθρὰς δυσώδεια
ἐξελαύνει: ἔγω καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄγγελον ἢ πολὺδακρυς καὶ δυ-
σώδης ἀφίστησιν ἀμαρτία. O quantam, inquit *Bernhardus serm. 40.*
debet hoc verbum (*Psa. 91. v. 11.*) inferre reverentiam, adferre de-
votionem, conferre fiduciam: pro præsentia reverentiam, pro
benevolentia devotionem, pro custodia fiduciam. Cautè ergo
ambula, ubi sunt Angeli, ut custodiant te in omnibus vijs tuis.
Et serm. 12. sup. Psa. 91: In omni loco & angulo reverentiam ex-
hibe tuo Angelo, neq; illo præsentem facias, quod me præsen-
te erubesceres. Videte, ne circumveniamini à Satana: non e-
nim ignoramus cogitationes eius. *1. Tim. 6. 9.* vitate laqueos e-
ius, *2. Tim. 2. 26.* temperantiaæ, castitatis nutrici studete, nolite
locum dare Diabolo, *Eph. 4. 27.* cogitantes, inimicitias inter
semen serpentis & Christum eiq; adhærentes positas esse, *Gen.*
3. 15. Ap. 12. 17. luctam vobis esse non adversus carnem & sanguinem:

nem:

nem: sed principatus & potestates, Mundi dominos, rectores tenebrarū, & Spirituales nequities in cælestibus, *Eph. 6, 12*. Considerate illud *Ap. 12, 12*: Væ vobis, qui in terrâ habitatis: nam Diabolus iræ magnæ plenus ad vos descendit, ut qui sciat, se paululum temporis habere. Unde in excitandâ hac πανολεθρία omnem movit lapidem, sciens, se catenâ vinctum non teneri, *Apos. 20, 3*. Induatis ergo armaturam Dei, *Eph. 6, 11*. resistatis *1. Per. 5, 9*. & Angelicas virtutes καδδύναμιν imitemini. In cælis degunt Angeli, terrestria bona non adfectantes: ita & vos τὰ ἀνω quærat, & ad cælum, πολίτευμα vestrum, properetis. Angeli sunt sapientes Spiritus: videte, ut & vos inscitiae ac imprudentiae sordes deponatis. Angeli sunt sancti, puri, casti: absit à vobis omnis spurcicies & impietas; sancti estote, ut inter sanctas mentes locum inveniat. Angeli ὑμῶσι καὶ διακονῶσι: vos quoq; studio nō pigrescitis, Deum celebrantes, & in vijs vestris ambulantes: Angeli bonorum gaudent consortio: vos quoq; cum bonis conversemini. In Academijs enim ebrietate & pravis sodalitijs majora mala non observantur. Angeli fratrum ad instar concorditer vivunt: quid igitur inter vos convitia, rixæ, digladiationes, prælia? Sic sanè Angeli vestri erunt Synoditæ, in circuitu vestro castra metantes, *Pf. 34. 2. Reg. 19. v. 35*. Sic plures vobiscum erunt, quàm contra vos. *2. Reg. 6. v. 16*. Ad sunt, inquit *Bernhardus serm. 10. in Pf. 91*. Angeli, & ad sunt tibi, non modò tecum, sed etiam pro te, ad sunt ut protegant, ad sunt ut profint. Sic Diabolo nihil in vos juris competet. Nocendi quidem voluntatem à seipso habet, sed à Domino potestatem, ait *Gregor. 2. Moral. Et August. l. 11. de Civ. Dei c. 1*. egenam eius potestatem vocat. Tenet, inquit *Gerson l. 3. consol. Theol. prof. 4*. Deus ligatum leonem infernalem, ne furiat, quemadmodum vult: non ille, sed detinens eum, rogandus est.

Castra movet Satanus, movet & sua castra Michaël:

Hæc tamen adparent lata: sed illa dolent.

Sed hæc omnia in hoc festo à ministris verbi luculentius explicabuntur, quos debitâ cum attentione audietis, grati animi ἀγαλλιάσθων eis exhibebitis, & Servatoris admonitionē pensi habebitis: *Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebre comprehendant. Nam qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.* Valete. P.P. in Acad. Iuliâ


XXIX. Sept. cIs Is cXXII.

V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
innumus pro ecclesia tua sancta catholica
innumificac custodie. adiuuare. et regere
innumus toto orbe terrarum. una cum famulo
innuma. Rege. innumo **S** innuma innumo **S** et
innumo orthodoxis catholice et apostolice fidei
innumo **M** innumo dñe famuloz famuloz
innumo **S** et oim circumstantiū quoz
innumo fides cognita est. et nota deuotio pio
innumo tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
innumo fiam laudis pro se suis qz omnibz pro
innumo ratione animarū suarū. pio spe salutis. et
innumo innumo unitatis sue tibi reddunt vota
innumo eterno deo uiuo et uero **O** innumo





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
 Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue



80. JN 8919
S. ANG?

EMIAE IVLIAE,
 STRVBIUS, S. S. RUM.
 ordinarius, Ecclesiae
 lens Generalis.

uti S. D.
 ibus Romanensium scripta
 e invocatio Angelorum lo-
 tenet. Nam *in officio B. Vir-*
, in exercitio quotidiano p. 322.
 suum invocat: Angele Dei,
 me tibi commissum pietate
 ge & gubernata. *Vid. Bellarm.*
19. Verum Iohannes Ange-
 dit: Videne facias, conser-
 mniumq; testimonium Ie-
 9. v. 20. Idem *Apoc. 22. v. 9.* A-
 tur. Vnde *Augustinus l. de ve-*
 hominem ab Angelo pro-
 cum, sub quo esset & ille
 gelorum invocatio merito
 ramite nemo aberraverit,
 ον καὶ μνημονευτικὸν dixerit, ut,
 adfiduâ cogitatione repe-
 m λειτουργία gratias agamus,
 cordemur. *Esse Angelos bonos,*
 tum. Quamvis enim non
 m; abscondita enim est ab
 o. magni Imperatoris Dei:
 e, & multis adparuisse scri-
 e dubitare fas nobis est, di-
 cen.